Quelle: https://manuscripta.at/?ID=388
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

amores multos. ubique inquieta. nusquam secura. Colligere ad te ipsam. quod tibi forsitan placebat. quere quem habeat auctorem. Nihil mihi in terra uerbi gratia quam hoc et illud. aurum. argentum. et animalia. arbores. amenitates. Tota terra cognita. Quid mihi in celo sole. luna. sideribus. Totum ecclesiam cognita. Omnia ista bona ualde. quia fecit omnia dominus bona ualde. Vnde quia pulchritudo operis tui commendat artificem. Oratis fabrica. ama fabricatorem. Non occuperis in eo quod factum est. et recedas ab eo qui fecit te.

Hec enim quibus occuparis sub te fecit. et sub se ipso te fecit. Si herebis superiora. calcabis inferiora. Si enim recedis a superiore ista tibi ad supplicium conuertentur. Sic enim factum est in me. Accepit homo corpus tamquam in famulatum. dum autem dominum habens. corpus seruum. huius sub se conditorem. infra se. quod sub illo conditum est. In medio quodam loco. rationalis anima constituta. legem accepit. herere superiori. regere inferiorem. Regere non potest inferiorem. nisi regatur a meliore. Trahitur ab inferiore. deseritur a medio re. Non potest regere quod regebat. et regi noluit a quo regebatur. Modo quod redeat. laudet. Consilium sumit ex luce dei data ipsa anima per rationalem mentem. unde concepit consilium sicut in ciuitate auctoris sui. Legit ibi quodam tremendum. laudandum. amandum. desiderandum et appetendum.

Non dum tenet. nondum capit. coruscatione quadam perstringitur. Non est tam uaida ut maneat ibi. Itaque colligit se ad sanitatem quandam. et dicit. Lauda anima mea dominum. et quidem fratres. nunc laudamus dominum. Nonne eo tempore. Nonne per modulum nostrum cotidie sonat os nostrum. partum cor nostrum laudes dei. et quid est quod laudamus. Magnum est quod laudamus. Si quo laudamus adhuc infirmum est. Quando impleremus laude excellentie laudat. Ecce stat. cantat dominum aliquando plixi. et sepe labia mouent ad cantum. cogitatio autem per nescio que desidia uolat. Stabat quidem mens nostra quodam modo ad laudem dei. et anima nostra per diuersas cupiditates. uel curas negotiorum hac atque illac fluctuabat. Quasi desuper attendit ipsa mens ad fluctuantem hac atque illac. et ei inquietudine molestiam qui conuersa alloquitur. Lauda anima mea dominum. Quid est quod de aliquibus rebus satagis. Quid est quod te occupat cura rerum terrenarum atque mortalium. Sta mecum. lauda dominum. et quasi ipsa anima pigrauerat. et non ualens ita consistere ut dignum est. respondet mentem. Laudabo dominum in uita mea. Quid est in uita mea. Quia in morte mea modo sum. Ergo prius exhortante te et dicente lauda anima mea dominum. Respondet tibi anima tua. Laudo